

futuris, quia venerabilis Dominicus Torcellensis episcopus ecclesie serenitati nostre petiit, ut omnes res episcopatus sui tam monasteria quamque reliquas possexiones vel fines per nostrum inviolabile preceptum iuxta predecessorum nostrorum magnorum imperatorum decreta eidem ecclesie in omnibus rebus pertinentibus confirmemus: id est basilicam et ecclesiam sancti Cypriani cum territoriis et decimis suis^a sive sancti Michaelis ecclesiam cum omnibus prediis suis et decimis^b, quo firmat terminum inter Veneticos et Longobardos, sicut ab antiquis fuit — unum capud ipsius termini exiens in fluvio Sili et aliud capud fluvio Iario, discurrente vero Sile per Meyanas usque Seneyam et discurrente Yario usque ad Altinum — cum omnibusque prediis et decimis, et plebem sancti Donati similiter cum omnibus prediis, silvis sive decimis et territoriis, in quibus tituli eiusdem ecclesie fuerunt, ecclesias vero sancti Benedicti et sancti Zenonis et sanctę Marię in Palminibo^c cum omnibus prediis et iacentiis et pertinentiis et decimis sive sancti Remedii ecclesiam cum omnibus ad se pertinentibus et ex utrisque partibus Plauī fluminis et Virgolanum in provincia Polensi^d consistente cum omnibus ad se pertinentibus et silvam que vocatur Torcellis^e et saltum, in quo continetur proprietas sancte Marie, silvaque magna que est in ipso^f, sancti Stefani monasterium quod est vestre^g ecclesie Altinatis cum omnibus rebus ad se pertinentibus seu et sancti Laurentii constitutam plebem iuxta fluvium Liquentię^h cum omni iure et adiacentiis et decimis suis cunctisque familiis utriusque sexus et rebus ad eandem ecclesiam pertinentibus, que infra ditionem regniⁱ nostri consistere noscuntur, et quicquid habere videtur in Civitate Noua Istrie et in civitate que dicitur Mugla tam et hactenus acquisitum quam deinceps acquirendum, fieri^k iubemus^k, ut per nostri precepti confirmationem nostris futurisque temporibus eidem ecclesie suisque rectoribus et in perpetuum aut deo auctore successores^k

a) Die Lesung ist nicht sicher: ss mit übergeschriebnem u scheint die Hs. zu bieten. b) Hier ist vielleicht 'et fossato' ausgefallen, vgl. das DF. I. c) So die Hs.; in dem DF. I. wird in der anscheinend besten Ueberlieferung, der Kopie von 1303, Polumbo gelesen; der Codex Trevis. hat anscheinend Politambo. d) Polensi, mit überflüssigem Abkürzungszeichen über ns, Hs. e) Torcell Hs. f) Dahinter am Ende der Zeile und am Anfang der folgenden ein Strich, der wohl eine Lücke andeuten soll; in dem DF. I. heisst es: 'que est in ipso termino nec non etiam sancti Stephani'. g) 'ūrę' Hs.; ob verlesen aus 'iure?'; im DF. I. steht: 'quod est Altini'. h) 'hinquetię' Hs. i) 'imperii' DF. I.; s. unten. k) So die Hs., s. unten.